


1 f.



O

-mnes gentes, **pláudi-te máni-bus** : * ju-bi-lá-te



De-o in vo-ce exsul-ti-ó-nis : 2. Quóni-am...

2. Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis, * Rex magnus super omnem **terram**.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

3. Subjécit **pópulos nobis** : * et gentes sub *pédibus* **nostris**.

4. Elégit nobis hereditátem **suam** : * spéciem Jacob, *quam diléxit*.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

5. Ascéndit **Deus** in **júbilo** : * et Dóminus in voce **tubae**.

6. Psállite Deo **nostro**, **psállite** : * psállite Regi *nostro*, **psállite**.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

7. Quóniam Rex omnis **terrae Deus**; * psállite *sapiénter*.

8. Regnábít Deus **super gentes** : * Deus sedet super sedem *sanctam* **suam**.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

9. Príncipes populórum congregáti sunt cum **Deo Abraham** : * quóniam dii fortes terrae veheménter *eleváti* sunt.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.

10. Glória **Patri**, et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

11. Sicut erat in princípío, et **nunc**, et **semper**, * et in saécula *saeculórum*. Amen.

Et repetitur antiphona Púeri. ut supra.